

UN PEDRO URDENALAS DEL SIGLO XII

PEDRO Urdemalas, figura principal de la conocida comedia de Cervantes, aparece como personaje folklórico ya en el siglo xv. Sus precedentes son totalmente desconocidos: de ahí el interés que pueda tener una noticia sobre la existencia real de un Pedro Urdemalas en la Zaragoza del siglo xii.

Un documento del Archivo del Pilar de Zaragoza, copiado en letra carolina coetánea, alude a un campo sito en el término de Cogullada, y perteneciente a Pedro Urdemalas. Su fecha aparece borrosa en el pergamino y, por consiguiente, en la fotocopia que posee el Centro de Estudios Medievales de Aragón; es difícil leer el número de equis que presenta la fecha, pero es, sin género de dudas, del año 1175 o del 1185.

Damos la versión de este documento, utilizando el fotograma número 8193 (CCXLVI-30) de dicho C. E. M. A.

In Dei nomine et eius gratia. Hec est carta auctoritate venditionis quem facio ego Michael Torquat et uxor mea Claria. Placuit nobis libenti animo et spontanea voluntate et per hanc scripturam venditionis nostre venditores sumus vobis don Sancio Farto et uxori vestre donna Alarard de unum nostrum campum quem habemus infra terminis de Zaragoza in raval ubi dicitur Cucullata per precio placibile quod convenimus inter nobis et vobis per CC LX solidos denariorum monete Iaccensis curribilis aliala paccata, quos ego Michael Torquat et uxor mea Claria accepimus de vos don Sancio Farto et de vestra mulier donna Alarard ad nostrum placer et bene paccatos sumus et super vos emptoribus nostris nichil remansit ad paccare de supranominato precio et stamus unde de manifesto omni tempore. Et habet affrontationes istum iam dictum campum ex una parte campum de la Cavalleria, de alia parte campum de don Galician de Tarba, de tercia parte brazal unde se rigat, de quarta parte campum de la Cavalleria et campum de Petro Urde malas. Sicut iste iam dicte affrontationes includunt vel dividunt per circuitum, sic vendimus vobis istum iam dictum campum totum ab integro sine ullo retinimento cum introitu et exitu [*mancha*] absconso set in aperto et in rresentia bonorum hominum et sine ullo rancurante et sine ullo ingenio et sine mala ulla mala voce et quod habeatis illum

NOTAS

totum salvum, francum, liberum atque ingenuum per vendere et per dare vel per inpingare ad propriam vestram hereditatem et per facere totam vestram propriam voluntatem [*mancha*] de propria vestra causa, vos et filii vestri et omnis generatio vel posteritas vestra per secula cuncta, amen. Et ego Michael Torquat et uxor mea Claria damus vobis donno Sancio et uxori vestre donna Aldiard fidanzas de salvetate per salvare istam suprascriptam venditionem sicut es forum de Zaragoza, don (?) Iohan filius de donna Chebira et don Garcia Topet.

Facta carta huius rei sunt visores et auditores don Ramon Zoher et don Ramon de Sancto Egidio et don Michael de Stata. Facta carta mense septembris, era M. CC^a. XIII^a. Berenguer scripsit.

A. UBIETO ARTETA